



colorchecker CLASSIC



x-rite


mm



Bigi.
Comitis.
Darcii.
Fidentii.
Jouii.
Minturni.
Anagnini.
Carminia

7.


21552




is.
n.
ti.
pi.
li.
na

52


28412





121
1
N.º 2132.

**LODOVI
CIBIGIPICTO
RII FERRARIENSIS
GORRICIA.**



LIBER

Lodovici Bigi Pictorij Ferrariensis Gorricia.

Io. Gorricio viro raro dicata feliciter icipit.

Liber Primus.

Ad Ioannem Gorricium.

CVi melius possem Gorrici offerre libellos

Quæsiui multos per fora cuncta dies.
Non fuit a Libya flagrante repertus ad arcton.

Quæ mea musa tibi nouerit esse parem.

Quo magis hinc illinc pensabat pondera laudum,
Hoc onorosa magis lanx tua semper erat.

Ergo meum placido capias rogo pectore munus,
Munus uti paruum, sic sine fraude datur.

Fraude tuis minime oculis inhiante nec auræ,
Contenta est modulis Calliopea suis

Nec tñ hic uolumus de te præconia quæras

Quippe diu segnem nunc ego tento lyram.

Si mea digna tuis fuerint præludia rebus,

Expectare breui tempore magna potes

Interea siquid cupis effecisse, quod optem,

Te permitte, colam, meq; libenter ama.

Ad Angelam Sforciam.

Sume genethliacon placido precor Angela uultu,

Edidit in prolem quid mea musa tuam.

Venturis (fateor) pueri uirtutibus impar

Sed fidei pignus non mediocre meæ.

Nam bene si uatis pensabitur ipsa uoluntas,

Atlantis subter pondere terga gement

Sit grauior decies axis, collatus amori

PRIMVS

Tempore ueris erit qualis hirundo noui.
Quin etiã leuior, siquidem premit omnia & ipsos
Verus amor potis est sepe ligare deos.

Ad Herculem Estensem.

Musa genethliacon pictora quod edidit ausu

Quam decuit forsã liberiore cape.

Nec uolo perpendas numeros, sed dantis amorem,
Si tener Alcide est neruus, abena fides.

Genethliacon.

Sidera nil frustra peragunt, mirabar, olympus

Vnde nouo, bigas hyperionis, igne rotaret,

• Donaretq; diem terris, qui forsã & ipsos

Nobiscum antipodas pariter lustraret, & orbis

Gressibus oppositus nostris stupefacta teneret

Pectora nocte faci non succedente diurne

Et supra remorante uices splendore diei.

Herculis ad genios prisca nox aucta dionem

Inuit, at ut nostri superas prodiret in auras

Mascula progenies, lux est famulata tenebris

Luciferi de more iubar referentibus, o res

Non habitura fidem, nisi paruulus approbet illam

Supra hominum uires anioq; manuq; potentum,

Et faciet, præsaga nequit mens enthea falli,

Euentusq; capit certa ratione futuros.

Angela sforcia dum soboles generosa per annos

Inter undenos sterili permanserat aluo,

Cumq; suo, Estensi de sanguine, coniuge flebat

Hercule se matrem tm̄ unius esse puellæ,

LIBER

Optabatq; marem, uotis deus annuit, & iam
 Semine non uane assumpto, quasi uiderat orbes,
 Lunari decies, insueta phœbus habena
 Frenat equos alias non uiso ardore rubentes,
 Et preter solitum radiantibus effeda flammis
 Circumfusa parat, fœtumq; uidente propinquum
 Omnia quo cernit, radio properauit adesse
 Laxandis uteri claustris, hinc forsân & ipsa
 Ocyus e thalamo lucinam surgere fecit,
 Sed quia fructus erat nundum maturus, in alto
 Aethere firmauit currum, noctemq; coegit
 In caueis tardare suis diurninus, illud
 Hisce oculis uidi sic elucescere tempus,
 Ut nihil aut modice primo differret ob ortu,
 Interea solitis se turba domestica curis
 Accingit domina uentris patiente dolores,
 Septimaq; ut signum dedit, hora, puerpera prolem.
 Edidit in lucem post nonas nocte secunda
 Clauigeri Iani, quingentis milleq; supra
 Quattuor atq; decem sese uoluentibus annis.
 O nox seu merito & melius te dixero lucem
 Lampade cum fueris pene illustrata diurna,
 Sis tamen utra uelis, non solum es digna lapillo
 Signari niueo, sed odore colenda sabæo,
 Estq; tibi par nullus honor, nulla orgia tanto
 Aequa puerperio. taceant & barbara reges
 Et romana suos diademata, marte togaq;
 Herculis anteferent puerum, Stat in indole uirtus

PRIMVS

Præscia perpetuum mansuræ laudis in æuam,
 Laudis & antiquis ignotæ annalibus, & quam
 Posteritas stupeat potius, q̄ imitari er ausit.
 Illa sibi impositi non se iactabit olympi,
 Pondere, non stygij uincto cane garriet antri,
 Non nece multiplici lerneæ per arua draconis,
 Nec uolucrum exitio, quæ Virginis ora gerebant,
 Nec rutila hesperidum præda, nec imagine egnis
 Humana monstris, figmentis non opus uti
 Tunc erit, ut crescet puer hic ætate, subinde
 Ipse simul proprijs decorabit honoribus annos
 Excedente suos semper uirtute coæuos.
 In primis rupes parnassia gestiat, iste
 Reddet in integrum magnos heliconis honores
 Restituetq; loco doctæ sacra prisca minervæ,
 Sitq; suum faciet p̄tium uirtutibus, & laus
 Moribus ingenuis, chiragras conuertet auaras
 In largam exemplo uitam, nullusq; recedat,
 Voti impos faciet, fuerit modo copia dandi,
 Gaudebitq; magis, quotiens maiora requiri
 Viderit, & semper cumulum superaddere queret,
 Si qua negabuntur, ceu tradita uultus haberi
 Efficiet certum præmonstrans cordis amorem.
 Si questus miscere graues natalibus almis
 Fas foret, hæc multis plorarem sæcla querelis,
 In quibus improbitas sibi plaudit, & inscia uite
 Nescio quæ propriæ gens imperat, omneq; seu fas
 Sine nefas fuerit, sibi uult creditq; licere.

LIBER

Sed bene di tandem nos prospexere benigno
 Numine, quasq; ualent homines persoluere grates
 Pro tanto miseris concessio principe terris
 Et referunt, & erit donec minor aere pontus,
 Cessabunt nunquā noctuq; dieq; referre.
 Munus enim est, quod Iuno suis ditissima palmis
 Protulit ex imis nitide penetralibus aulae,
 Cui formam cytherea sui largitur Adonis,
 Cui propria dictyna dolat uenabula dextra.
 Qualibus Aeneas ceruorum ingentia septem
 Corpora fudit humi, certatim diq; deaeq;
 Quisq; suis, puerum donis ornare laborant.
 Si uolet argiuae certamen inire palestra,
 Si uolet, æbalia cæstus agitare catena,
 Saxa ue contortæ balearica uerberare fundæ,
 Seu geticum iunctis intendere cornibus arcum
 Et lapide & calamo nunquam frustrante lacertos,
 Si iacere in longum, sursum ue hastile parabit,
 Si terretē ex ferro palum, silicem ue molarem,
 Vel celeres rapido cursu præuerrere damas,
 Vel sua uirgatas post terga relinquere tigres
 Saltibus in mensis, uolucres ue rotare ingales
 Ad quancunq; manum, subitisq; reuoluere gyris,
 Nullus erit melior, quis dicere quiverit, artus
 Quam citus enodes huc illuc flectet ad omnis
 Ludendi numeros ad cunctaq; munia belli?
 Non adeo A scanius iuuenilibus arsit in armis,
 Nec senior Tydeus, maiore nec Annibal æuo,

PRIMVS

Vt feret iste suis accommoda iugiter annis
 Spicula, loricas, galeam, thoracaq; & ensem,
 Bellaq; surgenti semp conformia uitæ
 Cum summis peraget (sic di statuere) triumphs.
 Cresce igitur generose puer, festinet & etas,
 Vt citius non uisa prius neq; cognita uirtus
 Fatales retogat uires, illoq; feratur,
 Quo nullus conscendit honor, quo nulla priorum
 Fama ducum ualuit caput exernisse superbum,
 Singula callebis strategemata, siue paranda
 Seu fuerint uitanda, uel utraq; tempore eodem
 Aggredienda suo scrutamine eoq; secundo,
 Pro uarijs etenim belli successibus ipse
 Strenuus ad cunctos uitalem hostibus undam
 Subduces terris, cererisq; leuabis habendæ
 Baccheiq; modum laticis, iumenta peribunt
 Per te interceptis uel aq; uel gramine, cinges
 Quandoq; uoles celeri circû undiq; uallo
 Agmina, doctus eris fossas implere profundas
 Cespitibus, latoq; uago sumer gere campos
 Flumine, & occultas catus explorare latebras,
 Atq; repentinis muros ascendere scalis,
 Et umidos positis transcurrere pontibus amnes,
 Turritasq; uijs intrare latentibus urbes,
 Atq; solo crebris celsas dare glandibus arces,
 Nosceq; quo firmanda loco uersus ne triones,
 Castra, uel ad libyem, seu quo cadit, unde ne surgit
 Cynthius, & quanto sit opus munimine, ut illa

LIBER

Quo lubeat, nulla ducas formidine, quod sit
 Bellandi tempus, quo milite debeat istud
 Atq; illud cornu fulciri, & robore q̄to
 Prima acies, pariterq; sequens atq; ultima possint
 Vim concurrentis uictrices ferre phalangis,
 Inq; fugam uertant capiantq; uel ense trucidant.
 Ut ruit exeso montana ligamine moles,
 Sive abies ualidis aquilonibus eruta, siue
 Ardua tormento turris, flens sentiet hostis
 Turbine te simili pagos urbesq; ruentem.
 Te tamen exhortor (monitus cape corde fideles
 Sisq; memor) fortes simulac solidauerit artus,
 Cura tibi infidæ uastare sit unica gentis
 Oppida, & imperium fidei protendere nostri.
 Ille tuos maiores expectat & excitat armos,
 Seruaturq; tuis uictoria tanta trophæis,
 Vna salus dabitur pugnanti bus armaq; seq;
 Ante pedes prostrasse tuos & ponere signa.
 Nam celer adueniam summum decus esse putabis
 Parcere deuictis, fuluoq; remittere onustos
 Aere domum duro in nexu maiora lucratos
 Quam si propitio mouissent arma gradino.
 Quid memorem, q̄ta prætendunt sidera laudem
 In te iustitiæ? Vinces Minoa tibiq;
 Cedet Aristides, palmam dabit æacus, aures
 Atq; animum precibus donisq; tenebis opimis
 Ut chalybem duras, te, nulla timore mouebit
 Arecto feritas, non ipsos stirpe propinquos

PRIMVS.

Sella tua aspiciet, sed eris ferus omnibus æque
 Omnibus & lenis, damnabit sola nocentes
 Culpa reos, soluet sceleris manus inscia mensq;
 Quin nec opus fuerit, quisq; te fallere posse
 Speret, acumen enim dabitur tibi tale sagacis
 Mentis, ut ingenij si uiribus ima ualarent
 Pectoris agnosci, melius tibi nempe paterent
 Quã eniu's hominũ, & lybicus cen corniger hamo
 Gentibus. Et cumis amosa sibylla, deusq;
 Ortygius delphis, dodoneisq; colonis
 Saga auis, alta dares populis responsa latinis.
 Sed quæcumq; capi poterunt ratione, uidebis
 Longius, atq; malis pones sua frena futuris,
 Atq; bonis stimulos addes, ut calcare eunti
 Sessor equo, casus q; feros prudentia franget,
 Vertet Et in melius, moderaberis omnia, lance
 Quodq; sua mediũ seruator, & optimus augur
 Neu quid spem fallat, neu quid confinia rumpat,
 Quæ fuerint p̄uisa tibi, uelut orbita solem
 Assignata uehit, sic usq; Et ubiq; sequeris
 Prescriptam æterno mortalibus ordine callem,
 Nec tua se retrahent uestigia sorte secunda
 Sorte nec aduersa, patriam cen Codrus amabis,
 Relligione Numam referes, grauitate Catones,
 Phryx pius in caros succumbet amore parentes,
 Eloquio Drusus uasris Laertius Heros
 Artibus, hisq; mali nil pertractantibus unq;
 Omnibus alloquio facilem te gratia reddet

LIBER

Et gratū faciet, diuinoq; ore uerendum
 Fronteq; regali, senior mirabitur ætas,
 Iunior haud alia cœlestes esse putabit
 Maiestate deos, cuncti uehementer amabunt
 Interea puer alme tuos. cognoscere nutu
 Incipe, & in risum nos elice blanditer, atq;
 Mitte procul lacrymas, bilem compe sce, refrena
 Vagitus, Querula quæ uacent cunabula uoce,
 Lux hilares lusus, dulces nox grata sopores
 Afferat, & nectar nutrici semper habundet,
 Vbera pestanos oleant candentia flores,
 Te soror in teneris Lucretia dulciter ulnis
 Baiulet, aut cunas pede circumuertat eburnas,
 Inuitetq; leues studioso murmure somnos
 Aut patris aut caræ collo depende parentis,
 Daq; referq; pijs creberrima basia labris
 Nescio quo mulcens illorū pectora bombo,
 Poplite mox paulum firmo exultabis utriq;
 Ire comes, medium te suscipientibus illis
 Per niueas hinc inde manus, molles ue lacertos,
 Et blæso tecum sermone loquentibus, haud se
 Depositis, aliter finita indagine telis.
 Oblectant Dryades latoidos ore Diane,
 Siue pharetratos genitrix cypris inter amores
 Grandior ut fueris, non obseruauerit alter
 Obsequio patrem & matrem maiore, nec ipsa
 Expectare uoles mandata, uicesq; referre
 Cunarum assistens letaberis atq; iuuentæ,

PRIMVS.

O dilecte puer superis, hominumq; uoluptas,
 O quē te memorem? q̄tum te cerno futurum?
 Maiorum scimus miranda fuisse tuorum
 Gesta, sed hæc, q̄tum rutilanti Cynthia fratri,
 Cedent nempe uis, genitorq; assurgere nati
 Exultans titulis, credet superantis honorem
 Esse suum, ac ideo maiora altaria diuis
 Extruet, & genitrix plus diuitis offeret auri.
 Scilicet ingratos se se patientur haberi
 Ob puerum ex alto diuinitus æthere missum?
 Cum potius cecidisse uelint, q̄ munere uinci,
 Nunc ergo incipiant multa cum baccare passim
 Multipedes errare hederæ, & frondescere colles,
 Cumq; hilari ubertim colocasia gignat acantho
 Terra, per & uicos bene olens nascatur amomum,
 Thura, rosas, uiolas ferat omnis lilia campus,
 Et uulgo sudent uirides opobalsama filuæ,
 Nec tamen hæc, etiam si multiplicata darentur,
 Sufficerent meritis nec uoto, gratia nanq;
 Terrenas excedit opes cælestis, & artem
 Ingenij superat, desiderioq; uolentis
 Reddere par longe est maior. Sic pufio frustra
 Nititur Enceladi uires æquare, ita cursum
 Bos uelocis equi, sic querna, cacumina myrtus,
 Ast ego corde leui nimium, q̄ carmine tantos
 Natales citreis mandare laboro tabellis,
 Ad superas redeat cantor rhodopeius auras,
 Mittat ab elsyijs Amphiona Iupiter oris,

LIBER 19

Stacius accedat, cæcusq; resurgat Homerus,
 Atq; onus hoc tentent hæris, mora nulla, reliquent
 Sisyphium timidi lapidem, supraq; sorores
 Esse nouem dicent, nullumq; ita grande fuisse
 Postortas docti iurabunt gurgitis undas,
 Vnde quis ediderit, sit musis quanta futura
 Sarcina post rigidi certamina plura duelli?
 Magnaq; post placidæ numerosaq; munia pacis?
 Auguror, ista tuo seruantur pondera dorso
 Cæsaris exemplo, sed eadem non tamen arte
 Scribendi, siquidem resonum plus carmen amabis
 Heroicasq; tubas, animi nisi fallimur, omnes
 Gaudebunt recitare tuas & habere uiarum
 Pieridas comites solacia prompta laborum.
 O ego ter faustæ sortitus stamina lucis,
 Si (durante colo mihi) Sigismunde legentur
 Scripta camenarum proprio de marte tuarum
 Scripta, prius nunq; cirræ dictata sub antro,
 Marte, reperturo uix credula corda per orbem,
 Forsan & indiëtæ matris præpondere laudes
 Ac patris, & gemino notas utriusq; sub axe
 Res cantabis aui, præsertim ex hoste triumphos
 Sæpe reportatos, quibus inuidisse quirites
 Antiqui possent, partisque dedisse priores,
 Quid: si forte meæ nugas quandoq; thaliæ
 Dignatus fueris percurrere lumine blando?
 Ter quater atq; super scælix ero meq; putabo
 Et decus & celebrem natum portare coronam

PRIMVS

Te tamen excepto, nec enim contendere tecum
 Audebit quisquam virtutibus, in quibus ipsum
 Attinges Apicem, nec erit locus altior ullus.
 Vos precor infantis Paulum auscultate parentes,
 Si tenui nimium natale poemate uestri
 Concinni pueri, ueniam date uiribus oris
 Exigui modicis, animus non defuit, istum
 Si placitum fuerit prona pensare bilance,
 Pollio non adeo tribuit fortasse Maroni,
 Semper enim in primis mens ipsa attēditur, ut quis
 Laudet opus, sic oro deos, ut cuncta secudent
 Et nato & gnata, seriemq; propaginis, usq;
 Prolis ad humane rerumq; nouissima seruent,

In carceres Octauiani Mariæ

Sforciaē Laudēsis episcopi.

CRedam ego pro meritis æqua ditione deorum
 Inferiora regi? credam tortore nocentes
 Posse carere suo? credā quoq; debita iustis
 Nusq; dona dari? fieri tamen ista uidemus
 Ordine mutato, uitium sublimius astris
 Tollitur in barathro probitas iacet, o mala nostri
 Tempora Saturni, nunc uere carne parentes
 Natorum gaudent saturari, nilq; satentur
 Dulcius apponi propriae libamine prolis,
 Ad cunctasq; adeo mens est interrita cædes,
 Ut minus in nullo pensū scrutamine ponat
 Quā facinus quotiens animo succurrit agendum.
 Ecce pater patriæ Laudensis Episcopus, atq;

LIBER

Plebis amor procerumq; decus gentisq; latine
 Gloria, sfforciadum soboles celebranda tenetur
 Turpiter in neruo uinctus, probus uulnus acerbum,
 O scelus infandum, sic sese reddere gratos
 Non pudet? & magnos tali mercede labores
 Compensare decet? quotiens defenderit iste
 Imperium, & lapsas releuauerit impiger urbes,
 Non, mihi si centum lingue, si ferrea dentur
 Guttura, sufficiam durante referre thalia.
 Cantat arabs, celebrant parthi, mirantur achini.
 Famam hominis licet exiguam pro pōdere laudū,
 Cedit ibi dea, nim quis acquirat eundo,
 Seq; dolet non esse parem. nec posse, nefandum
 Posceret ut facinus, dignis incessere probris
 Inuentorē opis, violataq; plangere iura
 Et fidei despecta datæ promissa, deosq;
 Posthabitos odijs, nostras si terra querelas
 Nec polus audierint, acharonta mouebimus, ipsa
 Tartara præstabant aurem, miserebitur ultro
 Tisiphone in tanto placidissima reddita planctu,
 Astra sed & tellus aerq; fretumq; profecto
 Nigraq; Plutonis domus ulciscuntur inique
 Flagitium turmæ, turmæ peioris auerno
 Absq; fide, sine iudicio, sine lege, sine omni
 Humane specimen seruante propaginis actu,
 Myrmidonū quis enim dolopumue fuisset id ansus
 Perpetrare nefas? stupeo cum mente uoluto
 Præsulis aspectu non extimuisse cohortem

PRIMVS

Brachia contorto vincire innoxia fume
 Nec potius reuocasse pedem ueniamq; reatus
 Non orasse sui q; si auspice cerno futura
 Ingenio, & cæcis liquidum ratione latebris
 Apportante iubar, populis instare uidemus
 Nescio quã gladem insubrum, tristemq; ruinam
 Urbibus, & uestum iam celsa in mœnia graie
 Fraudis equum ruptis hic inde malo omine muris.
 Verte Sator rerum in melius senissima corda,
 Nec patere alterius subeant pro crimine pœnas
 Criminis insontes, captoq; resoluè catenas,
 Excute ferratos gemino de cardine postes
 Excute, redde suam plebi patribusq; salutem
 Redde uirũ, quo nulla quies absente dabatur
 Ciuibus, atq; domi, nedũ foris, usq; timebant
 Furem opibus, capiti gladios, raptumq; puellis.
 Vos imploro Patres, romana negocia quorum
 Sunt humeris imposta, quibus suadentibus atq;
 Sub quorum est celebrata fide concordia, non ne
 Horrendi nouitate doli uerum esse docemur
 Fidendum nunquam placati uultibus hostis?
 O mala mens animusq; malus, cui sæcula forsan
 Nulla tulere parem, nec postera proferet ætas,
 Vos inquam lux prima Patres sacri ordinis oro
 Vosq; uades alij regesq; uiriq; potentes
 Interpello, uelutq; potest uox anxia uestram
 Nomine poscit opem decepti præsulis immo
 Totius Italiæ gentis, quin totius orbis,

LIBER

Nam nisi promissum fuerit uelociter, ista
 Ista breui sparsura suum est contagio uirus
 Qua mediæ terras zone plaga seruida torret,
 Qua glaciæ borealis hyems mare, & uñ leuatur,
 Et quo se mergit titan, fortassis & orcum
 Inficiet magis atq; magis nihil arbitròr eque
 Humano nocuum generi, q̄ frangere pacta,
 Nanq; fide nusquam seruata, quæ domus & quid
 Stare diu poterit: sublime uidebimus imo
 Misceri, cedentq; homines pietate molossis
 Lymphatis, rabieq; feris bacchantibus atra.
 Perscrutanda igitur uobis sunt omnia, ne fraus
 Tam grauis exemplum capiat, si uerba repulsam
 Inuenient, bellona suas exerceat artes,
 Fusteq; depressa cernice repellite ui nim
 Tu tamen Octaui (iubeo nam carmen ut istud
 Intra claustra ferat tenebrosa latenter apollo)
 Sis animo firmo, & spera meliora, breui te
 Nescio quo mentis radio seu numine diuum
 Preuideo fore fœlicem, ridereq; cuncta
 Astra tuis satis, e carcere liber abibis,
 Atq; locus dabitur primo prestantior, & quod
 Accidit aduersi totus testabitur orbis
 Ad maiora tui fastigia nominis actum,
 Væ tamen, id gestum quibus est hortantibus, illi
 Continue ruere in peius sua seq; dolebunt,
 Quodq; negant, clara cogentur uoce fateri
 Cunq; suo fortasse obitu mortalia curæ

PRIMVS.

Esse deis, noxasq; suis licitoribus omnes
 Puniri, & cunctis uirtutibus æqua rependi
 Præmia, uos tandem populi deponite luctum,
 Ploratum satis est, uobis scælicius instat
 Tempus & æternos requies mansura per annos
 Tu quoq; Calliope gaude mea, teq; reserua
 Soluendis animo uotis gratante, paraq;
 Imponenda sacris arabum iam germina flammis
 Et ciliçû messes cynareaq; gramina, quasq;
 India fert segetes, benefactaq; collige, & esse
 Quam potes ingenti conare peccamine grata.

Ad eundem Octavianum Mariam

In eandem materiam.

AT mihi perpetuum iurarint sidera bellum?

At fortuna meus iugiter hostis erit?

Et mea nec tellus lamenta nec audiet æquor?

Nec feriam superas uoce dolente plagas?

Nullus ab introitu uitæ mihi lucifer unquam

Fulserat immuni lampade supplicij.

Sed tandem superante polos uirtute malignos

Ripa fuit lassæ fida reperta rati.

Ecce subin placidæ boreas uelut inuidus auræ

Naufraga turbatis littori fecit aquis.

Musarumq; salus Octanius una mearum

Truditur in tetri dædala claustra loci.

Quiq; fuit patriæ decies tutamen & ultra,

Ceu reus æra pedi proditionis habet.

Forfan & acrio quassatur fune ligatus

LIBER

Brachia, scepra duci sunt data cuius ope.
 Forsan & hunc talis infixæ tumentibus angit.
 Tessara, qui patriæ dulce leuamen erat.
 Forsan & admoto plantis torrentur ab igne
 Seruandis celeres ciuibus ante pedes.
 Singula quid memorē trepidæ occurrētia menti?
 Cum timeat lacrymans omnia semper amor.
 Me tamē id cruciat grauius, quia credere nobis
 Noluit, & zephyris q, mea uerba dedit.
 Altera naufragium cecini Cassandra futurum,
 O mea lethæis omina mersa uadis.
 Sicut erat fidus, fidus quoq; credidit omnes.
 Atq; ita di nocuam contribuere fidem.
 Di (reor) inferna geniti pariterq; sepulti
 Sub styge, quos triplex increpet ore canis.
 Me tamen incuso magis ac magis, ortus eo sum
 Auspice, & hac uitæ condicione datus,
 Fiat ut infelix, quisquis me cœpit amare,
 Vixq; inita grauius ploret amicitia.
 Scis, quotiēs istud dixi tibi, nanq; uolebam,
 Ut tuus hac causa lentius iret amor.
 Tutamen ut mecum qui malles tristia ferre,
 Quam sine me lætos semper habere dies,
 Fæderis incepti magis ac magis arcta ligabas
 Vincla, nec herculea uincla leuanda manu.
 Vincla, quibus Pyladem scimus neq; Thesea uictos
 Quanta nisi expertus uera putasset amor.
 Quisquis es in superis, cui dura sit ostia curæ

PRIMVS

Captiuis tacita clam reserare sera,
Sis præsto, & validos fautor pius excute postes,
Sterneq; ferratas hinc simul inde fores.
Per te venturis pateant ergastula rebus,
Leritiæ plenas quas fore dixit anus.
Non anus, atratio quæ carmine garriat, atquam
Afflauit trini cælitus aura dei.
Hæc mihi finitis prædixit amœna sinistris
Tempora, quæ propere carcer adesse uetat.
Quare age iam manicas dissolue, peduq; catenas,
Perq; chaos noctis pande silentis iter.
Aut (quod erit nobis gratum quoq;) mittar eodem
Seruandus parili condicione loco.
Siquid & ille mali fuerit passurus, id in me
Verte, sed erumnas nesciat ipse meas.
Vel potius cura, ueluti ius fasq; requirunt,
Liberet in fontem gens alemana uirum.
Non erimus facti in memores, tibi liba quotannis
Itala pro saluo præsule terra dabit.
Ipseq; thuricremas celebrandum carmen ad aras
Orabo propria scribat apollo manu.
Cõqueritur de cuiusdã amici ingratitude.
COrde meũ quotiens cunctis in rebus amorem
Seruatãq; omni parte uoluto fidem
Vtq; reportarim meritis contraria semper,
Non ualeo ingratas non ego flere uices
Atq; adeo, ut leuius paterer iouis igne cremari
Vinaq; murenis pro dape membra dari.

LIBER

Sic ne carere queūt cuiusq̄ corda pudore?
 Esseq; sic penitus quis sine fronte potest?
 Semper ut offensis benefacta rependat iniquis?
 Verbaq; pro uerbis reddat acerba bonis?
 Vnde tuo repsero animo fastidia nostri?
 Auditisq; doles laudibus unde meis?
 Dic qua parte mei mutatus ab hecfore primo
 Esse tibi uideor, mente ne? uoce? manu?
 An ueterem exutus ritu serpentis amictum
 Legitimos cæpi clam temerare toros?
 Deprensus ne sui sacras uiolare puellas?
 Dicor an in uenerem sollicitare mares?
 Empta ne me faciunt suspectum prædia furti?
 Num mihi tantaleam dixeris esse sitim?
 An sua pupilli p me bona rapta queruntur?
 Deq; mea uiduæ num feritate gemunt?
 Audisti ne datos nos abiurasse trientes?
 Sine me & cuiquam scripta negasse manus?
 Nunquid ego indicij nullis in uincula trudi
 Insto reos? nunquid fune procuro quati?
 Aere ue multari noxam excedente, uel ulli
 Imponi proprio robore maius onus?
 Iudicium peruertit amor, pariterq; similtas
 Impedit, hæc animo cedit et ille tuo,
 Quem nunc sustentas, forsā meus excidet hostis
 Atq; ego celsa, modo quem premis, ora geram.
 At si nolueris, solitoq; incedere gressu
 Nescio ui cuius sideris institeris,

PRIMVS

Obrue me quantum lubeat tibi, nemo negabit

Defendam sola quin pietate reos.

Tuq; licet sentire aliter uidearis, obesse

Indicium in nulla re mihi tale potest.

Conscia mens recti non est subiecta sinistrae

Menti hominum, testis sub ioue fida sui est.

Solaeq; prosternit centum diuersa fatentes,

Hinc ita sit magnus gratia summa deis.

Hæc animi secreta mei uictricibus armis

Proteget, ac nulla me finet arte capi.

Spernimus inde catas posita formidine fraudes,

Inq; uado puppim semper habere datur.

In me igitur uocitet, quantum uelit, improbus anser,

Vt cupit, haud poterit cor scelerare meum.

Ille sum didicit lætales ferre sagittas,

Vos senior firmo pergit araq; pede.

Ille meus, potiusq; inopum se iactitet hostis,

Quod semper dominos in sua uota trahat,

Spero, nec esse potest aliter, mutabitur eurus

In boream, atq; breui naufraga pinus erit.

Prospicio ex alto surgentes uertice fluctus,

Imaq; misceri summaq; cerno maris.

Haud potis est tolerare diu deus, ut quis egenos

Expilet, qualis uellere pastor ouem.

Ille dabit pœnas, & qui consenserit, heu heu

Claudere ni nimis me facit ora dolor.

Explicit Liber Primus.

bb iii

LIBER

Liber secundus.

Ad Ioan. Corricium.

Preterito cecinit sat longa poemata libro
Experiens residem noster apollo chelyn.
Nunc parat exiguis epigrammata scribere chartis
(Cœna placet, varijs cum datur uncta cibus)
At quia, cum capite Enceladi si pingere uellem
Infantem, possem iure timere sagum,
Id tibi nunc solum Corrici dixero, quantus
Quantus ero, donec uixero, crede tuum.

Ad Sertorium.

Iam duo sunt anni Sertori aut circiter, ex quo
Pierides tecum conticuere meæ.
Versabāt etenim secum, quo carmine possent
Pro rerum uitam scribere mole tuam.
Inq; dies animo crescente minor a uidebam
Robora castalidas suppeditare deas.
Nam tua crescebat pariter cum tempore uirtus,
Atq; oneri semper sic minus aptus eram.
Cedendum duxi, quis enim persistere uellet
Implendi uotum spes ubi nulla foret?
Longa igitur uenia dignare poemata nunquam
Pauperior latos uena rigabit agros.

Ad Cæsarem Aragonium.

Carmina mitto tibi parnaside scripta sub umbra
Argumenta tui quæ sit auena senis.
Immo quanta fides, immo reuerentia quanta,
Immo quid in gelido pectore possit amor.

SECUNDVS

Nanq; ea si totum princeps recitāda per orbem

Duxeris, id teneas muneris esse tui.

Me uirtute facis naturæ excedere uires,

Vtq; puer senio factus in astra uehar.

Ad Noctem.

Nox gelidas redimita comas fulgentibus astris,

Pectora quæ in uario docta stupore tenes,

Quæ segetes nutris, quæ pingis floribus agros,

Et facis humanum multiplicare genus,

Membra papaueris mea parce ligare catenis,

Nec nisi pro uitæ munere claude genas.

Magna nimis phæbi est iactura sacræq; minervæ

Somnus, & in tenebris maior utriq; uigor.

Pars sua prestanda est studio, pars danda qui eti,

Conseruant uariæ cuncta sub axe uices.

Distichon.

Abs te si qua peto, semper contraria præbes,

Da mihi de toto Mulciber asse nihil.

Ad Gallum.

Desine iurato merces laudare tonante

Galle tuas, nullus dat tibi quippe fidem.

Fuste premar, bulga si non discedet inani,

Qui tecum digitis dimicat in tenebris.

De unguis dolore.

Quam fragilis cōpactus homo sit, me dolor ingens

In minimo patior quem pedis ungue, monet.

Hunc nequeo tolerare, tamen sum ferre coactus,

Optantiq; mori noxia uita datur.

LIBER

O superi, o manes, saltem sine crimine læsi
 Numinis in nostra mors foret ipsa manu.

Ad Vrsam.

Decidit in situlam puteus si dixerō, qui non
 Inuidet, id placida corrigeſt Vrſe manu.

Tu ſcio ridebis, fuerint uelut orta draconis
 Cauda mihi, tauri cornua, barba capri.

Sciſſus at ut riſu pereas, tibi quaſo legenti
 In talpas modulos uertat apollo meos.

Ad Picum.

Vernat ager, rident colles, luduntq; capellæ,
 Exercetq; ſuis ſe philomella ſonis;

Nos quoq; laurigeros reſonantia pleſtere fila
 Et decet, & phœbus theſpiadeſq; iubent.

Temporibus debent homines parere deiſq;
 Hoc mihi ſat, partes nūc age Pice tuas.

Ad Bartholomæum Crotum.

Nil miror, meliora canas epigrammata priſcis
 Crote decus noſtri Bartolomæe chori,

Borgia materies etenim Lucretia cum ſit
 Carminis, inſolito glutine pleſtra linit.

Fœlix & uates, fœlix & Dina, uiciſſim
 Se ſe inter meritis certat uterq; ſuis.

In Criticum.

Quisquis es, obliquo Nicolam q; ſtrinxeris iugue
 In celebri docti carmine Pontili,

E latebris exi, nec enim pugnatur in antris,
 Accintus latas mars amat enſe plagas.

SEC VNDVS.

Si deerit ratio, phœbea licentia uatem
Proteget, & proprijs lex data nominibus.

Ad Lodo. Carrandinum.

Congere dinitias Lodonice, serantur honores,
Quantos romulei non habuere duces,
Quodq; oculi nequeunt cognoscere, mensq; uidere,
Erue de magno Democriti puteo.

Te nisi diuinus cunctis magis occupet ardor,
Spargentur libycis semina littoribus.

Huic tua precipue studia impertire theatro,
Nam schola purpureæ nos crucis una beat.

Ad Charidemum.

Te uoto fama est thalami Charideme teneri,
Mille sed oblatos displicuisse toros.

Quid facis infœlix? ecquid se uendere lucrum est?
Nil ita triste uiro, q̄ muliebri iugum.

Quæ fuerit morata, licet sit nuda, uel ipso
Nempe Mida multum indice dotis habet.

Ad Arenum.

Qui tecum cœnare cupit, dapis is cupit hausto
Et pleno irarum uentre redire domum.

Quicquid habent epulæ, seruant quodcūq; lagene
Quod sapiat, totum ponit id Oppo tibi,

Ergo ualetis tuis cum bacchanalibus, odi
Quæ sibi met soli seruit Arene gula.

Ad Franciscum.

Exuperes quis nostros Franciscæ Marones,
Nullaq; censuræ lima sit æqua tuæ,

LIBER

Nolo putes, ideo surgant mihi uertice criste
Te bene de modulis testificante meis.

Laus siquidem a caro quotiens prouenit amico
Nil probat, & index sepius errat amor.

Ad paulum Fergosum.

Hactenus infelix Niobe fuit, omnia uates
Paule queunt, scilicet uersu ea facta tuo est.

Ad Eundem.

Quod fundo careat pelagus libethridos undæ
Nos docet in Niobem Paule epigramma tuum.

Nam quo holor a prima descendit origine nullus,
Hactenus ignotas hinc tuus haurit aquas.

Nemo dehinc cesset tentare profundius ire,
Cedere sic poterunt pleetra uetusta nouis.

Tu tamen es primo semper functurus honore,
Teq; fauente, meus forte secundus erit.

Querela.

Di quid erit? quorsum se rerum summa reflectet?
Quem finem bello regia fata dabunt?

Italiam ne ferox semper prædabitur hostis?
Triste ne gens debet ferre latina iugum?

Mutatus ne fuit cæli seruatus ab æuo
Influxus: noua lex num data fideribus?

Quisquis habes latij tutelam, Diue benigno
Aspice nos tandem lumine, resq; iuua,

Res in præcipiti positas, spes una salutis,
Esse uelis lapsis iam quasi rebus Atlas.

In Citharam.

SECUNDVS

Orphea da reducem, tangi uolo fulmine, si non
Pallados ingemo præferat istud opus.

Item.

Orphe⁹ hic ludat, leue erit, trahat hæmō & Ossam,
Læso etiam sistet fulmina missa ioue.

Item.

Lignea materies. nunquid sim uera, requiris,
Sum, sed ab æthereo prouenit axe melos.

In Auctum.

Expilat populos, sæuit crudeliter Auctus,
Vespere fixa cadis maneq; labra tenet.

Est odijq; iræq; tenax, seruusq; diones,

Inuidus, elatus, nilq; pudoris habet.

Deniq; quicquid agit, scelus est. ignoscite Parce,

Vita huius uestrum cedit in opprobrium.

Epitaphium.

Nondū alpheæ quater conspexerat agmina Cesar,
Cesar ianthei gloria prima chori.

Virtuti aduersans clotho fatalia rupit

Stamina iacturam flente helicone suam.

Non tamen optato libitina posita triumpho est,

Gloria lucidius posthuma nomen habet.

Ad Tricælum.

Ad me uis quotiens dictare Tricæle tabellas,

Quem simulo, Dauis fac meminisse uelis.

Altius intrasli doctas q̄ pegasus undas,

Musa superstantes nix mea libat aquas.

Hinc cyathos imple, cum das mihi prandia, nanq;

LIBER

Congrua conuinis sit, decet, esca suis.

In Strabonem.

In miserum multos pietas seruata per annos

Vt sibi promittat maxima quæq;, decet.

Est tamen ingratae sic aucta licentia mentis,

Vt sperare sibi nec breue ista queat.

Strabo mea decies opera reuocatus ab orco

Siqua peto, iurat semper habere nihil

Ipsæ suos teneat mores, mea gloria maior

Iugiter ingrato iugiter esse pium.

Ad Marcum.

Mens tua ut effugeret uenturos Marce labores,

Prospexit longe, consuluitq; procul.

Prænosceus etenim, quos nunc es adeptus, honores

Scribendum duxit rariis esse mihi,

Ne, si post partam cessaret epistola gazam

Crebra, superbificæ posset id esse notæ.

Sed nihil egisti, scribas ditatus habebis,

Proq; suo interdum sic dolus hoste facit.

Roma Venalis.

Hactenus urbs magni nequijt reperire Quirini

Emptorem, pretij summa ita grandis erat.

Nunc adeo uili proponitur, ut sonus ipse

Hanc nedium numerus tantulus eris emat.

Ad Corricium.

Audieram uestros Corrici magne poetas

Carmen ad angelicos concinuisse choros,

Quæq; tuis erecta fuit dea sumptibus Anna

SECUNDVS.

Hanc quoq; multiplici concelebrasse lyra.
Hinc subito succensa duos mea pieris hymnos
Edidit, illyricus quos tibi Naso dabit.
Si mea romanis postpones orsa, memento
Quantam uim romæ pangere carmen habet.

Ad Lodouicum.

Hactenus es mecum grauiter Lodouice notandus
Nulla sit alterna missa tabella manu.
Cum tamen & patria & studium nos uinciat, atq;
Nescio quod tacite fœdus amicitie.
Ergo quia, ut dicunt, securius est semel ipsos
Quã nunquã sceleris pœnituisse reos.
Purgemus noxas, & prima piamina nostri
Criminis hæc paucis scripta papyrus erit.
Expectabo suo tua mox purgamina fœtu,
Di, cita reddantur duplaq; dona uolunt.

Ad Linum.

Neu Line te perdant uel opes uel culmen honorũ,
Hæc duo sub memori carmina corde tene.
Quantum uis hominem, faciat fortuna beatum,
Vltimus ad miseram terminus ire pyram est.

Ad Amicum.

Multa tibi quis ueniant aduersa, dolorq;
Succedat ueteri seuior usq; nouus,
Noli animo tamen esse graui, neq; crede tonantem
Iratum, placidus fulmina sæpe iacit,
Discipulus ferula, quin & Leo uerberare discit,
Ipsaq; frutificat, si feriat, humus.

LIBER

Ad Caprum.

Laurea nos eadem decorat, deberet utriq;
Non ne eadem clarius præmia ferre pater?
Sed dantur diuersa tamen, tua musa tenetur
Omnibus in palma, sub pede nostra iacet.
Id Caper unde foret scrutabar, risit apollo,
Atq; animo subiit causa repente meo.
Huc illuc fertur studium populare, sed aris
Plus offert thuris, plus ubi cernit opium.

Ad Telasium.

Cum tu, cūq; uxor, quicq; Telasine iubetis
Androgyno, an ne tuam dicis? & illa suum?

In Rizam.

Corpore sit turpi mulier proba, mulcet ocellos,
Improba sit pulchro, tædia summa mouet.
Nil deforme magis, q̄ Riza, magisq; scelestum,
Aspectu, uerbo, mente, manuq; nocet.

Ad Alcidem.

Quanta tibi dederint Alcide munera Diui,
Non esset facilis commemorare labor.
At si plura forent, q̄ sint æstatis aristæ
Tempore, seu lybici q̄ sit arena salis,
Ni superum soli referas ea cuncta parenti,
Vtilius certe nil habuisse foret.

In Inuidiam.

Obstrepat in nostrum quantum uelit inuida nomen
Turba, nec horrendis parcat acerba minis,
Negligit armatas uirtus uel nuda phalanges,

SECUNDVS

Contemnitq; nigros candida fama rogos.
 Et probitas & terra suo stant pondere, laus quæ
 Robore se proprio sustinet, absq; metu est.

Ad Deum optimum.

O deus ingratos quotiens reminiscor amicos,
 Contra illos odium cogor habere graue.
 Hincq; tuæ causam meditâs crucis horreo, cum sint
 Ante oculos semper crimina nostra tuos.
 Sed rogo uirginei sacrata per ubera partus,
 Pectoris in melius tædia uerte mei.
 Fac precor, ut superem sana ratione furores,
 Vincere se nullus te nisi dante potest.
 Ne ue p̄ces abeant uacua, tua uerba recense,
 Pulso, aperi. peto, da. quæro, fac inueniam.
 Pulso fores ueniæ, posco scelus omne piari
 Ante obitum, & sancto te mihi quæro dari.

Ad Flaccum.

Nostra salonicole similanda epigrammata uati
 Flacce negas, causam si placet ede palam.
 At nisi decipior, clausit rubor ora, sed ipse
 Dicam ego, quas ardes, scribere nolo nates.

In Lampadium.

Sanctorum quotiens recitantur dicta uirorum,
 Lampadius nasum rhinocerotis agit.
 Ebu q̄ multis piplea caterna ruinam
 Preparat, & sensim deuebit in barathrum.
 Preminimo cantore sacri sermonis apollo est
 Vappæ odor, hic animas dissipat, ille regit

LIBER

Ad Crispum.

Nil forme loqueris præter conuicia, tanquam

Infamare bonos sit tibi Crispe decus.

O sine consilio, nomen qui dente canino

Quæritat, ille suo saucius ense gemet.

Idq; genus plagæ uix est sanabile, raro

Restitui, qualis pristina fama potest.

Ad Albertum Saunorolam.

Sæpe q; ægrotos rapias de faucibus orci,

Non ego te celsis infero sideribus.

Quod solo magni medearis amore tonantis,

In supera chiron arce secundus eris.

Ad Euclium.

Quis tot ab ingratis, quot ego, perpeffus amicis

Probra fuit ueterum post segetes lapidum?

Vtq; alios taceam, tu tu mihi detrahis Eucli,

Quem colui teneris matris ab uberibus?

Meq; sacros cuius celebrat gens externa libros

Nostraq; uindictæ dicis habere sitim?

Atq; inopum causas defendere mente nocendi

Hoslibus? an ne tibi cor penetrare datur?

Numinis hæc solius opus, benefeceris ergo

In sua iudicium claustra uocare tuum.

Quodq; pium est extra, noli crudele sit intus

Crede, & ad dominum corda remitte suum.

Ad Antonium Constabilem

Sanguinis Antoni specimen Constabilis, urbis

Certa salus, procerum gloria, plebis amor,

SECUNDVS.

Da quantum lubeat præconia magna virorum,

Decrescunt omni, sint nisi scripta, die.

Ne ueniat iactura tuis ea laudibus, esto

Pronus in aoniꝝ nota inuanda chori.

Fac, ueteres ut arare queant sua rura coloni,

Et mihi ius propriꝝ restituatur agri.

Non nisi post segetes cecinit Maro bella receptas,

Agresti calamo uix prius aptus erat.

Ad Tricælum.

Me licet offendas iaculo, quo sæuius ipsa

Non ualeant magni lædere tela iouis,

Te tamen immodico cõplecti cogor amore

Pægasei lumen grande Tricæle poli.

Doctrina, siquidem, quota credita, priuat apollo

Me tuus, ac hominem detegit esse rudem.

Quippe modis adeo grauibus, sensisq; profundis

Cuncta canis, ne queant ut mihi plura capi.

Indeq; me crassæ noscam fatearq; minervæ,

Cum tamen & causam (uis ea uati) amem.

In Elatum quendam,

Non, qui sunt meriti, cunctis donantur honores,

Atq; ideo indignis sæpe corona datur.

Sim licet in nulla positus Vir magne cathedra,

Debeo sæx naso non tamen esse tuo.

Vel mihi te fortuna parem, uel me tibi reddat,

Fortè, supercilium est nunc ubi grande, cadet.

De Vgonis casu miserabili.

Dum natis operam iuuenis daret Vgo creandis,

LIBER

Sunt sibi met propria texta capistra manu.
 Nanq; suo litem mouerunt pignora patri,
 Ipse trahi annexum bile pependit onus.
 Ploret inauditum natura miserrima casum,
 Forsan ꝑ in superum sede ruina later.

Ad Greg. Giraldum.

Nemo serit, nullus plantat, neq; scæmina nubit,
 Nec uagus undosâ nauita pulsât aquas,
 Ni quia quisq; suos sperat decerpere fructus,
 Sentiturq; minus cui libet inde labor.

Quid mirum? steriles si ploro Girâlde camænas?
 Et nullam phœbi regna ferentis opem?

Detrahit hic numeris leuioribus, ille cothurnis,
 Multi abolent nullo scripta uagata pede.

Protege me, siquidem seruit tibi docta minerva,
 Tota colit uatum te schola, liuor amat.

Non opus hic fuerit longi sudore laboris,
 Protinus inspecto cerua leone fugit.

Ad Aenionem.

Niteris insanum frustra celare dolorem,
 In uultu læsi pectoris ima patent.

Sæpius in magnum neglectu crescere uulnus
 Vidî ego, quæ primo pustula parua fuit.

Si mihi causa mali patefiet Aenio, si non
 Liber, eris nostra sat minus æger ope.

Oppresso quotiens quis contristatur amico,
 Supponit socias fascibus ille manus.

In Zoilum.

SECUNDVS

Omnibus in rebus nil pensi Zoile ponis,
Præsertim alterius laus ubi cœpit agi,
Si tormenta manent auri cocytia furem,
Vnde reo famæ spes tibi in astra uehi?

Ad Gibertum.

O cerebrum, uelles helicone Giberte relicto
Lucro operam inciperet nostra camæna dare.
In nihilum uertit gemmas aurumq; uetustas,
Nulla sacrum uatis tempora sentit opus.

Ad Plancum.

Inferior quis sim te uirtute bonisq;
Corporis & longe stemmate Plance minor,
Si tamen in uinclum fuero tibi sumptus amoris,
Non ipsi patiar cedere Pirithoo.

Suspendiq; uolo pedibus, nisi fecero semper
Omnia phoceo digna sodalitio.

Forsthan indignum tanto me fœdere dices,
Candida supremo est uel ioue digna fides.

Ad libertatis numen.

Quisquis es astrifera rex libertatis in aula,
Oro uelis dexter uocibus esse meis.

Me uenisse uides æui senioris ad annos,
Iamq; mihi dandæ tempus adesse rudis.

Hanc neq; Calliope neq; uult concedere phœbus,
Et tamen emeritis uincla leuantur equis.

Tu me pieriæ de fine tyrannidos aufer,
Simq; tua uoti fac rogo compos ope.

Fac, saltem sit iners, uitæ pars quantula restat,

LIBER

Tu dederis requiem, thus ego pingue dabo.

Hexastichon.

Quo non intrat edax linor? mea carmina rodit,

Triste ubi pierium me gemo ferre iugum.

Vult siquidem seruire sacris genus esse camenis

Imperij, & uitæ liberioris onus.

Cedo libens hosti, tolleq; sub æthera morsum,

Fœlix, cui fuerint hostica tela salus.

Ad Leonem. X. Pont.

Si deus æterno sancitas fœdere leges

O Leo mutatis ordinibus reuocet,

Protinus incipient misceri cuncta querelis,

Et lacrymis plenus, tristibus orbis erit.

Talia ne ueniant, nulli uiolabile serua,

Quod p̄cessores constituere tui.

Virgineosq; ideo cœtus a iure repelli

Oro suo noli, nec patiare premi

Inde futura salus animarum maxima, & urbis

Gloria clauigeri digna favore Petri est.

Adde, q; haud ulla est hosti iactura, quotannis

Tantūdem siquidem, quod prius, æris habet.

Ad Aulum.

Prosequeris nostras tanta libethridas aura,

Vt foret Orpheæ uix ea danda rati.

Calliopem moderare tuam, dum laudat amicos,

Quod nimis est, nullam uindicat Aule fidem.

Poeta & Manlius collocutores.

Dum uetus æternum coluber tibi suadet amorem

SECUNDVS

Ad ueniam patulas usq; tenere fores,
Tendis ad infernum deceptus & inscius annem,
Et nisi diuertas mox subiturus aquas.

Callidus inspectos piscis procul effugit hamos,
Et prænisa ferus retia uitat aper.

Ante tuos posita est oculos mors uitaq; Manli,
Vtraq; sine caret, dic, magis utra placet.

Vita. Sed hac faciet quis te post fata potiri?
In cruce clementis spes mea fixa dei.

Fac operum multo grege sit comitata bonorum,
Cur? Quia spes hominem sub styga sola trahit.

Ad Borgiam.

Te licet in summo fortuna locarit honorum
Culmine, & attalicas accumularis opes,

Atq; ego sim contra totus quasi mersus in imo,
Et mea non lauto serbeat olla foco,

Vt mihi Borga nihil succenseo, sit tibi noli
Plaudere, nos eadem quippe carina uebit.

Ad Petrum de Androgyno.

Petre uides illam sublimia uerba loquentem
De celebri caste laude pudicitiae?

Huic pueros pueraeq; tuas caue credere, nanq;
Non erit in cœtu Vesta nec Hippolytus.

Ad Libellum.

Vade per externas gentes populosq; latinos
Culta Guarinea Calliopena manu,

Vt seniora tui uideant monumenta poetæ,
Vnde queat merces digna labore dari.

LIBER

Posthuma nunq̄ illi quæsitâ est fama, cupit se
 Laudari, lachesis dum sua stamen habet
 Nec metuas ungues, nec morsus, quin neq; nasos.
 Nam censoris eris tuta favore tui.
 Adde, q̄ & uersus offert tua charta pudicos,
 Se castum sola fronte tuetur opus.

In Zanclum.

Cum te Zancle Mida constet magis esse tenacem,
 Qua licidum cupidi nomine fronte notas?
 Flagitijs careat censuræ munere fungens,
 Torta parum immensum regula crimen habet.

Ad Io. Gorricium.

Icarus est imis Vir magne sepultus in undis
 Quod uoluit pennis altius ire suis.
 Si tua quis tentet præconia tollere in astra
 Icarus in primo calle subibit aquas.

Ad Cælium Calcagninum.

Incola sarmatice (si non male sentio) terræ
 E patria missum Cæli epigramma cape.
 Quam mihi misisti uerbis, tibi reddo salutem
 Carmine, quod paucis explicuisse uolo.
 Si sese bene corpus habet, dis gratia, si non,
 Gratia dis, uerum sit duplicata decet.
 Nam quantus sit quisq; potest discernere nemo,
 Ni uirtus habeat, conserat unde manus.

Ad Franciscum.

Sit quanti tua musa, cupis Franciscæ canamus,
 Ecce, Marone licet sarcina digna foret.

SECUNDVS

Alea scribendis iacitur tibi nulla libellis,
 Pagina ponderibus stat tua quippe suis.
 De pado cōgelato ueris tempore.
 Vnde solo fulsere meo noua sidera? quonam
 Turbine nunc uernis uis data tanta notis?
 Caucaséo crustata gelu negat unda carinis
 Erydani solitas suppeditare uias.
 Proq; leui plaustrū cymba sustentat onustum,
 Et stabile armatis per uada p̄bet iter.
 Magnum numen habet. glacies, dat nāq; qđ ipsa
 Naturæ uirtus exhibuisse nequit.

Ad Turnum.

Dum nostros laceras uersus, fortasse leonē
 Extincto barbam uellere Turne putas.
 Crede mihi, nisi conticeas, præsentia Turni
 Annosum flebit sollicitasse senem.

In Mathonem.

Mirabar, succensa forent funalia busto,
 Mæsta suo faceret dum Matho iusta patri.
 Nouit, & admoto mihi sic ait ore, sepulti
 Cum sint in tenebris, nempe uidere uolunt.

In Rizam.

Quæ mens Riza tibi est? animā ne perire putas cū
 Corpore? nec manes esse? nec esse deos?
 Nullus agit quicq; tecum, quin bile tumescas
 Protinus, hydra graui qualiter ista pede.
 Scintillant oculi, nigrescunt labra, minaris,
 Percutis, in superos uerba nefanda moues,

LIBER

*I fuge, quo digna es, sub auerni triste barathrum,
Conueniens debet moribus esse locus.*

Ad Petrum.

*Haecenus in rebus, quotquot uenere sinistrae,
Consolata fuit te mea Petre lyra*

Nulla nouo in casu fateor solatia menti

Succurrunt animum compositura tuum.

Quippe truci patiens a principe iurgia seruus

Non habet auxiliij confugijq; locum.

Forsan in hoc aliquod uersu solamen habebis,

Dedecus est domini rixa, dolor famuli.

Ad Ladisilaum.

Dum me in purpureo tenuit fortuna theatro,

Haerebant lateri uir mulierq; meo.

Ast ubi mutatus color est, abiere retrorsum,

Qualiter inspecto territa cerna cane.

Tu tamen unus adhuc centum de millibus astas

In tibi signato Ladisilae loco.

Sic rogo digna fide referant tibi p̄mia Diui,

Srenuus in diris cuncta meretur amor.

Ad Amicum.

Quid dices? nuper cautum est a principe, nequis

Visa prophetarum publicet, o noua lex,

Forsan et a ueteri nigroq; reperta dracone,

Qui rapere insolitis nos studet usq; modis

Aut cito relligio renouabitur, aut cito, quod non

Esse potest, penitus corruet alma fides.

Ad Picentem.

SECUNDVS.

Edere me solum Picens epigrammata uelles,

Nulla quibus posset torta litura dari.

Omnia non æquo natura roseta decore,

Omnia non uno poma sapore creat.

Carpis uti, quicumq; placent, de uite racemos,

Sic tibi quæ fuerint carmina grata, lege

Ad Trebium.

Cum me fama Trebii coruum, te dicat holorem,

Implumesq; humeros cernat uterq; suos,

Vt nihil inuideo tibi, nec me despice, quippe

Res, non fama, docet, corpus an umbra sumus.

Alnus & Poeta collocutores.

Ab ioue quid cupias uno dic carmine uates,

Viueret sancta mente, simulq; mori.

An quia, ni uitam claudat mors fausta beatam,

Vitæ etiam miseros rere fuisse dies?

Alne reor, celat crebro frons leta dolorem,

Nuxq; uigens extra se pius intus hebet

Ad Beltrandum.

Quid tibi cum gazis Beltrande? quis æris aceruus?

Iugiter ardentem quit faciare sitim?

Ad priscos reuoca mentem, cum gloria maior

In lare uersari pauperiore fuit.

Ad Daniele Finum.

Angustum deus esse refert ad sidera callem,

Nescio quis facilem prædicat esse uiam,

Quiq; cruci affixi scribantur in agmine christi,

Afferit hos nullo posse perire modo.

LIBER

O uitanda bonis contagio mentibus, anguem
 Fine sub hac herba non ne latere uides?
 Nam subit hinc animos tepor insanabile uulnus,
 Sicq; oculis clausis ad stygis itur aquas.
 Panderet astra sibi dominus sudauit & alfit,
 Scandet an e molli serua caterna toro?
 Quæ tibi grata forent collata, tonantis amicos
 Prosequere officijs, cætera crede iocos.
 Tetrastichon.

Quisquis es ille, mihi qui maius apolline carmen
 Misisti, uotis annue quæso meis.
 Ut iaceat sine phœbus humi meus, & mea clio,
 Fit nimia in populo laude poeta iocus.
 Ad Alphonsum.

Excuset dehinc nemo suas Alphonse camenas,
 Muneris expertes q; triuiale canant.
 Antiquis etenim pro Mæcenatibus unus
 Sufficit Hippolytus, sit Maro, Cæsar erit.
 Epitaphium.

Hac leo siluarum quondã formido, sed urbis
 Postmodo delictum contumulatur humo.
 Fama cleonei fuit a feritate leonis,
 Hic uero a leni pectore nomen habet.
 Ad Germanicum.

Iã ueteri frenum Germanice pone dolori
 Nam gemitus debet quilibet esse breuis.
 Qui scis? an uitam sint fata datura beatam
 Craffina? Quæq; dies res uariare solet.

SECUNDVS

Sperandum in melius semper, dum uestimur aura,
Ferre trabem in portum uel mora parua potest.

Tityri crudele facinus.

Lingua loqui, meminisse animus, describere dextra
Horret, quod nuper Tityrus egit opus.

In matrem exarsit, patrem truncauit ad aram,
Cautum homini uita sospite crede nihil.

Ad Carolum.

Nostra diu laceras epigramata Carole, quæso
Vel cobibe morsus, uel meliora cane.

Ad Sextum.

Quod caput atq; pedes alatos perferat hermes,
Sermo hominis uolitans aere causa fuit.

Res igitur perpende prius, q̄ Sextæ loquaris,
Nam dum uerba uolant, non inibere potes.

Ad Bartholomeum.

Desipio quotiens, etiam si crebrius istud

Fecero, da ueniam Bartholomæe seni.

Digna quidem est nullis anno sa pueritia flagris,

Infantem atq; senem cedere par uitium est.

Ad Euclium.

Pone odium, aut nocuæ dominare furoribus Euclii

Bilis, & humana te ratione rege.

Nanq; ego quod tacita studui monuisse thalia,

Notescat triuijs omnibus ira facit.

In ingratum.

Quæ potis est, animus numeret benefacta priorū,

Falsus erit, si quis dixerit æqua meis.

LIBER

O scelus, excelsos simulacres adeptus honores,

Te nihil oblitum cuncta fuisse pudet.

Ipse oleum amisi, tu clari lumen amici,

Vt lubet in tenebris me sine uine tuis.

Si damnum quandoque tamen tam grande dolebis,

Parque uoles meritis reddere gratus, ama.

De duobus amantibus.

E specula tumidas sufflabat arundine bullas

In pueri gremium Glancia uirgo sui.

Sed togula uix dum tacta tumor ibat in auras,

Affatus dominam sic fuit ille suam.

In medio tua bulla sinu me diffugit, **Et cum**

Spero tenere manu posse, fit illa nihil.

Augurij quid ferre potest delusio bullae?

E nostro fugies numquid **Et** ipsa sinu?

Tentandum est, descende moram si feceris, heu heu

Interitus fuerit nuncia bulla mei.

Nulla Fides.

Nullus in antiquo posthac spem ponat amico,

Nunc agitur propria commoditate fides.

Proque suis uertit rebus charchesia, siue

Dextra nocet tumidos, siue sinistra sinus.

En mihi qui fidum se se prestabat amicum,

Terga dedit, populi funus amoris agant.

Ad Catonem.

Ecce dies mortem iam preteriere minantes

Sospite re, sacris da Cato thura focis.

O choridon, natalitij si credis **Et** astris,

SECUNDVS.

Signaq; palmarum pendis, & ora notas.
Det schola uel minimum nobis ea tota trientem,
Et me noctuagam cras fore dicat auem.

Ad Neronem

Collige quas indus gemmas, quas apbrica fruges,
Cignit, & aurifera quod coit hermus aqua,
His ne putas implere tuam Nero posse crumenam?
Crede seni, fundum non habet arca Midæ.

Ad Alex. Guarinum

Me uocet ad numeros hinc pieris, inde Guarinus,
Natalem cupiunt dum celebrare diem,
Me dubium, malim quos auscultare, tenebit
Par lyra, par uocis gratia, par & amor.
Ut fera, Que parili sit uicta fameq; sitiq;
Hic latice apposito languet & inde cibo,
Sic inter geminos patiar suspensus holores,
Ni queat hic auris cuilibet una dari.

Desertus ab amico.

Flete pij socij, nos omnes flete sodales,
Pulvere nos comites spargite iriste caput.
Dilacerentq; comas, & cædant pectus amici,
Et gemat in nigris uestibus omnis amor,
Ecce meus Nysus meus ecce sefellit Orestes
Alma sacrosancti iura sodalitiij.
Omnibus orandum, gens postera nesciat istud,
Nil homini peius decipiente fide.

Ad Marianum.

Desine mirari nostros Mariane latratus,

LIBER

Cæna canina fuit, quam mihi Cinna dedit.

In. D. Borsii statuam.

Quæ foras in excelsa custodit imago columna

Est conata suum uiuificare ducem.

Atq; ita diuina, fuerit si spiritus, arte

Vivus adhuc credi Borsius esse queat.

Ad Fortunam

Si mihi non ornant lautam chrysendeta mensam,

Nec puer ambrosia dat mera uina manu.

Nec mea longinquo signantur predia saxo,

Nec priamis iacto stemma superbus auis,

Ignosco fortuna tibi, sed cetera si non

Intentata fines, hæc quoq; fuste lues.

Ad Acciolem uirginem

Forma facit, tumeant uana ratione puellæ,

Mane uiget, marcet uespere pulchra rosa.

Talis es Acciole. detur tua qualis amori

Pennula, qui sit amor, stabimus in dubio.

Ista tamen facies, pectus tamen istud, & ista

Pulchra manus poterunt cras rudis esse cinis.

Poeta & Christophorus.

Sicut ubi accensa est Chrislophore, largiter ictu

Lamina scintillas eiaculare solet,

Sic hominem inflammat sancti magis æstus amoris,

In membris patitur dum grauiora suis.

Vade igitur securo animo. Quo Bige? Vocat te

Quo deus, ad sacrum religionis opus.

Pondera non potero perferre, Facillima reddet

SECUNDVS

Christi amor, haud ullum uis ea sentit onus.

Ad Margaritam Ferretam.

Quos diuinus amor connectit, mille labores
Mille cruces tolerant, uulnera mille ferunt.

Hoc ego sum nodo tibi Margarita ligatus,

Ergo iube, cunctis obsequar imperijs.

Et quo præcipies maiora, libentius illa

Exequar, in christo pondera nescit amor.

Ad Beltrandam

In christo te læsit amor, Beltrande, loquendi

Ceu modus ignotus cætibz aonidum.

Ancille scribens christi sum uerba secutus

Auctorum, christi qui cecinere fidem.

Si phœbea nequit, me pagina sancta tuetur,

Blesa gerit resona sub cruce musa iugum.

Ad Cecilianum.

Sexcentas misi tibi Ceciliane papyros.

(Si fallor numero forsitan, erro parum.)

Responsiq; datum tantillum non fuit, an me

Sic minimi & tanti se tua musa facit?

Non ab re certa, redolent tua carmina myrrham,

Et mea merdarum gurgite tota fluunt

Ad Eurum.

Sunt quibus Eure placet pictoria fistula, sunt qui

Vt pote q̄ crebro mordeat ore, fremunt.

Quos habeant mores utriq; sat inde docemur,

Turba meum rodat, dum modo proficit, ebur.

Ad Carolum Pallanicinum.

LIBER

Te lauræ coniunxit, hymen o Carole lætor,
Et cupio foveant diq; de æq; toro.

Et pulchra & scita faciant nos prole parentes,
Certatimq; omnes uinciat unus amor
Et quæcunq; dabunt nobis solacia, sint hæc
Quanta uelint, opto uel magis ampla dari.

Ad quintum.

Concreta in glaciem sensim p̄debat acutam
Guttula de nostri culmine quinte laris.

Corruit exiguo pueri decussa lapillo
In caput in primo limine stantis heri.

Inq; decem ferme partes scisso osse cerebri
Extremum clausit, sed sine uoce diem.

Quis non credat eum, pueri q; amore peribat,
Dixisse hæc secum: Dûs bene, ut opto, cado.

Ad Quintum.

Sic tibi di superi facilẽ dent Quinte cataplum,
Ad patriumq; serant te cito uela solum,

Et bene consortem inuenias, natoq; ualere,
Dilectumq; pia cum genitrice patrem,

Deniq; quicquid inest uotis, tibi sic bene cedat,
Ac etiam ueniat prosperiore sinu,

Vt tua plus nobis placuere poemata, q; sint
Optima, q̄ laudes q; cecinere meas.

Perge bonis auibus, multum non defluet æui,
Thespia iudicio se reget aula tuo.

Ad Amiculum.

Quam tibi donauit Cræsus, uix danda tribuli

SECUNDVS

Palla foret tremulo Cræsus opimus opum.
Ille tuam solum perpendit Amicula sortem,

Quippe lupercali uix ea digna toga est.

Epitaphium.

Hoc tegitur tumulo Peregrinus, gloria gentis
Priscigenæ, & patriæ maximus urbis honor.

Alter enim, si non maior, cælestibus Atlas

In cognoscendis uiribus iste fuit.

Vir bonus, & frugi, & sermonibus aptus & actis,

In quo nis rerum nomine tantus erat.

In Attalum.

A facie quantum mens discrepat Attale, testis

Esse potes, foris es tanq̄ ouis, intus aper.

In Scyllam.

Cerberus, eumenides, proserpina, totaq; auerni

Turba aliquod faciant exitiale nefas,

Inq; illo cunctas expendant crimine uires,

Sylla tuo si quis conferat, error erit.

In Troilum.

Sæpius inuitat chirager me Troilus, ire

Spondeo, sed nunquam uado: nec ille dolet.

Quis nō dicat ab hoc ideo me sæpe uocari,

Vt uelit hand aliud quā nihil? O lenitas.

Ad Herum.

Quo uultu? qua fronte? qbus rogo deniq; uerbis?

Dicere multiplici me potes ore loqui?

Qui tibi triginta seruiui circiter annos

Nullo animi nullo corporis opprobrio.

Nec mihi q̄s, pprio q̄ laus sordescat in ore,

LIBER

Ipsa rei cogit uis fari talia, quod ui

Efficitur, merito carpere nemo potest.

Spero, breui pœnas soluet, qui nunc super undis

Enatat, in fundum sæx cito mota redit.

Spes Fides Caritas.

Quisquis auet cœli conscendere tecta, neessest

Speret ad extremos fidat ametq; rogos.

Nanq; data dextra sub christo principe cum spe

Cunq; fide uerus fœdera sanxit amor.

In Susurronem.

Lingua tace caris inimica sodalibus, atq;

Inuida ferratis ostia claude seris.

Non ita pugnantes connectimus ære triremes,

Vt similes morum candidus unit amor.

Nulli olim Euryalus, nulli suspectus Orestes,

Et nulli æacides Pirithousq; fuit.

Sed nunc prob facinus, prob nra miserrima sæcla,

Fœdera amicorum murmure nulla carent.

LIBER TERTIUS

Ad Io. Corricium.

SI merito uellem tibi consecrare libellum

Corrici, multis uersibus esset opus.

Sed modus exigui non fert id carminis, & quo

Erudit ingenium crassa minerua suum.

Est alio seruanda loco, & maioribus ausis

Laus tua, bistoniæ laus onorosa lyre.

Nunc sat erit firmare uadis breuioribus alnum,

Vt queat oceani postmodo ferre minas.

Paulatim capiunt uires querceta, poetæ

TERTIVS

Se quoq; paulatim fortificent, opus est.

Excusatio.

En quo liuor edax intrat, ne desit in ullo

Mordendi uberior carmine materies.

Pentametrum nostri subsanat apollinis illud,

Erudit ingenium crassa minerva suum.

Fari ita nanq; seni licitum negat esse poetae,

Sed rudibus solum congruere id pueris.

Si nis nulla meum ratio defenderit, istud

Proteget, infantem curua senecta facit.

Excusatio.

Corripui quoniam serias me nemo notarit,

Ceu cui non fuerit syllaba nota satis.

Erravi studio, studium est culpabile, si nil

Concedunt uati thespia iura nouo.

Ast sego non uideo, cur nulla licentia nobis

Danda sit, & phœbi nos quoq; turba sumus.

Ad Tullium.

Me fugit, an dederis uitio mea carmina Tulli,

Vt pote quæ nimium grandia dona petant.

Non mea, sed fidei est istius causa reatus,

Omnia promittat cum sibi fidus amor.

Parua petit, qui lentus amat, qui fortiter ardet,

Poscere res minimas crederet esse nefas.

Ad Vgonem.

Ne studio de more uacem uetat Vgo senecta,

Meq; supra cruciant ocia lenta modum.

Mens patitur corpusq; simul seniore sub æuo,

dd ii

LIBER

Magna nimis nostræ sunt data pensa colo,

Da ueniã senio, si non respondeo, nanq;

Pieris inuito cana furore iacet.

Ad Io. Corricium.

Hic me uirtutũ cumulus uir magne tuarum

Et meus erga te scribere cogit amor.

Entheus inde calor uoto non suppetit, & nil

Respondet titulis cantor appollo tuis.

Qd sacri nequeunt uates, cõmittere fame

Est opus, hic uires colligat illa suas,

Si potis est æquare tuæ uirtutis honores,

Oceanum credam uel nuce posse capi.

Ad Arnum.

Ingenium uitã q; meam iam tempore longo

Nonisti, digitos qualiter Arne tuos.

Ac alios inter mores, crudelia malo

Fata pati, quam quid pscere, cum fit opus.

Forsthan hoc uitium responderis esse furoris,

Vere et officium est compati amicitie.

Ad Franciscum.

Dis ago ppetuas grates pipleidos unde,

Quod tua musa meam laudat, amat q; lyram.

Nanq; q; audebit te nos Francisce tuente

Vel minimo uersus ungue ferire meos?

Nota tua est probitas simul & doctrina, disertus

Isq; probus pariter suspicione uacat.

In Arnum.

Nemo loqui potis est, qn irascaris in illum,

Presertim est presens cum tuus Arne licus.

TER TIV S.

Os nequeo mutum seruare, tibiq; placere
Opto, caput pueri baccare cinge tui.

Tempora notat.

Quo uentum ē superi? Quo uis progressa diones?

Quo gula? Quo luxus? Quo genus omne mali?

Ambrosiæ foetent epulæ, mareotica sordent

Vina, nisi iliacus porrigat illa puer.

Cætera mens horret meminisse, ea discat ab uno

Crimine, me quisquis legerit, Atq; gemat.

Ad Cæsarem.

Quæstisti binam supra trieterida iugi

Cæsar amicitiam sedulitate meam.

Suspensum tenui, uelut aere falco tenetur,

Dum strepitus subter territat æris aues.

Accipimus pariterq; manum damus, at memor esto,

Mutua q; uerus munia poscit amor.

Ad Ollum in Torpettâ.

Quod nibili faciat nros Torpetta libellos

Nec miror (testor numina) nec doleo.

Liuioris natura facit, ne mirer id Olle,

Nanq; quod est dignum laude, pbare nequit.

Ne doleam, docuit nos experientia, uates

Quod bonus inuicta noscitur inuidia.

Ad Titum,

Vt tibi re in nulla parcam, cum me urget egestas

Sæpe mones, quin et supplice uoce rogas.

Cum, quid opus fuerit, uerus Tite nouit amicus,

Sponte dat, imo et præuenit, istud age.

Poeta et Cotta.

LIBER

Spes ubi fidereos adeundi Cotra penates
Sit tibi, discutio pectore saepe meo.

Te uideo gaxis inbiare, fouere dionem,

Ferreq; turrata celsius arce caput.

Sic ne deum credis tibi cœlica regna daturum?

Credo, dei est pietas summa. Quid ipsa bilanx?

Poeta & Sforcia.

In multis fieri tentas diciq; beatus

Sano animo, sano corpore, fama, opibus.

Nemo potest scelix credi, nisi quando reuersus

Ad proprium fuerit sforcia principium.

Illo igitur ferri quæram. At ne deuius erres

Te pedè constanti merteq; ducet amor.

An ne amor aligeri iuuuenis? Non numinis alti

Affixiq; piæ sanguineæq; cruci.

Fac breuiter referas compendia tramitis. Illuc

Tradita nos christi pro nece uita rapit.

Ad Principem.

Non queo letheæ Princeps mandare paludi,

Quod me falsidico dixeris ore loqui,

Me, qui uera meo curauî semper ab ortu

Dicere deterius nil ratus esse dolo.

Efficis, ut libitum est, leges tibi, sac, modo semper

Scis memor æterni fœderis, orta mori.

Ad Danielelem Finum.

Carmine q, tecum contendere Fine recusô,

Ne me ideo elata credere mente uelis.

Extimeo cæstusq; tuos, nodosq; palestræ,

Maius enim cirræ gymnade robur habes.

TERTIVS

Si placet (idq; etiam metuens admitto) capeffam
Ipse tubam, cape tu barbiton, atq; ueni.

Ad Fortunam.

Pastor amat celebratq; palem, rhetorq; mineruam,
Atq; tridentiferi nauita templa iouis,

Prosequitur multo uenator honore dianam,
Lucinamq; nurus, quæ paritura breui est.

Et diuersa colunt diuersi numina, at omnes
Fors fortuna tibi pinguia thura ferunt.

In Euticum auarum.

Vltorem dehinc nemo iouem neget esse malorum,
Exemplum nitido clarius axe datur.

Mente fere a teneris chirager fuit euticus annis,
O bene, q; toto corpore nunc quoq; sit.

In Annam.

Dum chaos immistos latices, glebasq; tenebat.

Inq; uno quicquid cernimus Anna globo,
Te quoq; congerie credam ne fuisse sub illa?

O mala, cum te opifex eruit inde lues.

Miror, ubi niuo latitaueris hercule, nanq;
Omnia monstra tibi postpositurus erat.

In Francum.

Ceu nebula solem plias, celare laboras

France nigra laudes garrulitate meas.

Expedit, ut potius tolerem genus omne malorum,
Quam patiar falsi criminis esse reus.

Vre meas fruges, prosterne mapalia, numos

Surripe, pacifico pectora cuncta seram.

Nomen ubi insicif, candescere cogimur, & quod

dd iiii

LIBER.

Carinus est, laesum plus feritatis habet.

De nece cuiusdam.

Ille uir idomiti sortitus pectora tauri

Crur aq; glādiferae cui trabis instar erāt,

Dum gelidum ad riuū biberet, de rupe lapillo

Prolapso ad stygias trāsīt ictus aquas.

O cæcas hoīum mortes, fors anq; latentes

Et lachesi, encelados tantula petra necat.

Ad Bassum.

Basse tuum legi bis terq; Quaterq; libellum.

Parce nimis longa si redit ergo mora.

Nuncius assidua nequijt quoq; nube reuerti,

Pleiadas nunq̄ sic maduisse puto.

Quæ mea de libro sit opinio, tunc ego scribam.

Cū meus in cirræ uertice phoebus erit.

Interea mentem qđ alat, precor, auris omissa

Illecebra paulum fac tua musa canat,

Ad Vgonem.

Fluxa nimis certe est hominum spes, seq; fatigat

In uanis nimum sollicitudinibus.

Diuersi effectant diuersa, sed omnia tendūt

In nihilū alatis ocyus Vgo notis.

Finis in hoc uotis nullus datur agmine rerum,

Plena quies animi nō nisi in axe datur.

Hæc simulac fueris studio uirtutis adeptus,

Dicet amor, procul hīc spes procul ite meæ.

Ad Pamphilum.

Pancheas oleant crines & pallia messes,

Lant aq; nectareo mensa liquore fluat,

TERTIUS.

Et charites geminiq; tibi famulentur amores,
Teq; sacro totus mundus honore colat,
Deniq; & uberius uotis sit onusta crumena,
Cunctorum finis Pamphile sumus erit.
In Maledicum amicum.

Mnemosynem quantū reddant maledicte tenacem,
Discat ab exemplo sc̄mina uirq; meo.
Quo magis illa meo depellere corde laboro,
Hoc tacita cogor ui meminisse magis.
Et ueterem renouant truculentius usq; dolorem,
Et maiore premi sentio bile iecur.

Iuppiter inuito parcat, purgetq; uoluntas
Quod ficto læsus crimine peccat amor.
De se ipso.

Qui sit fluxus opum, qualis sit lapsus honoris,
Quam celeri fugiant inferiora pede,
Quotidie experior, iungi tamen ista labore
Sector, ut æternis æquiparanda bonis.
In nihilum fascēs abeunt, census, & hora
Quicquid in hoc pulchri est orbe, uel una rapit.

Leoni. X. Pont.
In christi uitam, & legem paulo ante dicauit
O leo, magne tibi nostra camena librum.
Nescio, si placuit, spero placuisse, satis nam
Esse mihi dignum laude uidetur opus.
Est noua materies musis, nec apolline duro
Edita, & immensi facta tonantis habet.
Et nouus & facilis rebusq; refertus olympi
Codex nec criticis displicuisse potest.

LIBER

Nunc etiam in p̄ceres cæli, quos scripsim⁹ hymnos

Atq; sepulchrales mitto tibi titulos.

Inq; duos diuisa libros epigrammata, quorum

Est tua non paucis laus celebrata locis.

Sed cithara (faceor) minime uirtutibus, & qua

Mutus eas helicon obstupet, atq; colit.

In Superbum amicum.

Quo clamore tuas æstroq; superbia fraudes

Insequar humanum perdere nata genus?

En en ille meum quondam solamen amicis

Preda iacet nodis illaqueata tuis.

Iurgia, quæ minimo posset dissoluere natu,

Mittit clamoso semper alenda foro.

Ingenijq; putat sapientis id esse, sibiq;

Plaudit, uti pennis pauo rotæq; suæ.

Non ne in litigijs quod & auri & temporis illis

Consumunt homines, hunc reat esse reum?

O utinam fallar, semel istinc ibimus omnes,

Flebit & errorem tunc sophos iste suum.

Ad Mattheum.

Aleus honor plerūq; homines facit esse superbos,

Tu summisso animo te magis inde geris.

Hæc est digna polo uirtus Matthæe, sed ista

Premia cælicolæ serius oro ferant.

Non quia te mercede uelim tardare beata,

Publica quod contra est commoda, nullus auet.

Epitaphium.

Curtius octaua uix' dum trieteride natus

TERTIVS

Puppe leui & placidis dum ueheretur aquis,
In numerumq; gula citharam modulante ferirer,

Decidit, & uastis piscibus esca iacet.

Infelix tumulus, quod arione nomen adeptus
Delphin erat, posthac perdere dignus erit.

In Arnum.

Præferre uirum dum uis sermone simulq;

Nescio quo gestu corporis Arne grauem,

(Vsq; adeo simulata queunt male munia fingi)

Fis magis exili papilione leuis.

Vtq; illum nihili faciunt iuuenesq; senesq;,

Sic neq; te granitas fœtilis haud scutula est.

Tetrastichon.

Quin iungi iam gryphes equis, leporiq; molossus

Possit inabrupto fœdere, nemo neget

Ecce quod haud fieri potuisset uiribus orbis,

Porca ista pacem cum patre fecit hylas.

In Ingratum.

Non potes, ut notum est, nolisq; uelisq; negare,

Sernarim uitam quin ego sæpe tuam.

Et tamen ob minimas muscas hinc inde uolantes

(O res dura) loco me trucis hostis habes.

Mens ingrata, niger si te non horreat orcus,

Vnica quotquot ibi sunt mala digna pati.

Tetrastichon.

Audio uenturos iterum in certamina gallos,

Esseq; iam latio proxima signa iugo.

Di superi reuocate acies, uel quicquid agendum est,

Totum hodie fiat, cras nimium procul est.

LIBER

Ad Cottam.

Ecquid apud riuos labente perenniter unda?
Sine inter flores? sine sub illicibus?
Seu molli instrato uirtutem Cotta iacere
Credis? & astriferos inde patere lares?
In celfo manet illa iugo, atq; ascendere durum est,
Atq; opus est longo tempore, carpe uiam.

Ad Cæs. Maximianum.

Sic mihi præteritis Laudensis episcopus annis
Extulit ingenium Maximiane tuum,
Ut mea musa die semper tentarit ab illa
Dignum aliquid tanto concinuisse uiro.
Succubuit laudum numero gravitateq; rerum,
Nam tua pierium gloria uincit ebur.

Ad Ollum.

Sic tibi fortunæ crescant & dentur honores,
Progeniemq; deus sospitet Olle tuam.
Sic priami uideas annos, & Nestoris æuum,
Inq; tuo sedeat docta minerva sinu,
Contra ego mendicem uictum, & sim fabula uulgi,
Et mihi uermiculi uiscera semper edant,
Exoneretq; colum celeri mea stamine clotho,
Et rudis agresti sim Corydone magis,
Ut mea de nostris dixit mendacia musis
Ille tuus plumæ uersicoloris holor.
Hoc hodie uitium regnat, uix dixeris unum,
Cui bona plus placeat q̄ mala uerba loqui.

Epitaphium.

Qui iuuenis seniorq; solum infestauit & æquor

TERTIVS.

Hac iacet insignis latro Calistus humo.
Suspensus tenues animam pede fudit in auras,
Criminis ultores quis negat esse deos?

Distichon.

Oscula quid nequeunt uxoria? Scipio lingua
Coniugis atq; oculis & uidet & loquitur.

In Mathonem.

Prostrato parcit semper leo saucius hosti,
In michalen quali te Mathe corde geris?
Nempe superbifico ac tetrico supraq; feroci
Quotquot in Europa sunt asiaq; seras
Optima uirtutum est clementia. sponte fatenti
Crimina lex hominum cælicolumq; fauet

Tetrastichon.

Dum grauiter febris premeret furibunda Camillū
Iamq; senex finus triste pararet auus,
Conualuit subito excussis perterritus armis,
Fert crebro, nulla est spes ubi, casus opem.

Ad Euticum.

Immodicas quis cumulaueris Eutice gazas,
Atq; tuum cingat plurima turba latus,
Crede mihi undecima bis iam trieteride nato
Ni tibi ab Ilisia caueris, Irus eris.

In Rixiam

Nescio, si stygio nutrita sub anne fuisses,
Siquis & inferior flebiliorq; locus,
Peior utrum fieri potuisses Rixia q̄ sis,
Est collata tibi per sephonea proba.
Te nequeunt odio iuuenesq; senesq; uidere,

LIBER

Tartareas mallent cernere quippe feras,
 Vrbs inimica tibi est, inimica domestica turba,
 Inq; tuum uocitant omnia uota caput.
 Letaris proprio, tm̄ est mens perditā, damno,
 Alea cum fuerit iacta, caremus ope.

Ad Eucharistiam.

Ante pedes accedo tuos Rex poplite flexo
 Rex hominum & stygij sidereiq; chori.
 Sub tectum dignare meum pectusq; uenire,
 Corq; tui in flammās numinis oro trabe,
 Inq; dies tēda sese maiore peruri
 Sentiāt, atq; animam nutriat ista seges
 Nutriat, & iungat stellantis ciuibus aula,
 Quaelibet est fini res socianda suo.

Ad Syllam.

Euryalum uexare tuum rhamnusia cœpit,
 Dedecet antiquam linquere Sylla fidem.
 In propria statione mori uictoria maior,
 Quā procul hinc hostes exuperare suos.
 Fortiter instanti tergum suppone ruinae,
 In miseris uirtus rebus amorq; patent.

Ad Tullum.

Quo raperis: seruanda patri est uindicta tonanti,
 In pharātram calamos Tulle repone suam
 Vine reus sceleris nullius, & utere notis,
 Iustus habet faciles in sua uerba deos.

Ad Pamphilum.

Fluxa licet reperire ratis uestigia posses,
 Saxaq; serpentis per salebrofa uiam,

TERTIVS

Ne tamen ingenium speres cognoscere Rize

Posse, parem nullam forsan auernis habet

Huius & eumenidum mores fac pingat Apelles,

Eumenidum tabulae Pamphile thura dabis.

Ad Vgonem.

Sæpe vides iustos ceu plenos crimine plecti

Sæpe malis, ceu sint pars bona, regna dari.

Miraris, causamq; nequis comprehendere: teq;

Interdum vitæ pœnitet Vgo probæ.

Succurrat mæsto domini sententia cordi,

Angusta in cælum, sub styga larga uia est.

Ad Saxum.

Pleraq; Saxe meos subsanat turba libellos,

Quippe refert facili me nimis ore loqui.

Nota quidem est censura tuæ ceu prima minervæ,

Inq; manu nostrum nunc scio carmē habes.

Dic rogo quid sentis sed omisso heliconis amore

Et longo care scædere amicitie.

Nec uolo de numeris sententia sola feratur,

Nam simul & mores subijcio ferulae.

Vtraq; si fuerit laus integra, Saxe memento

Me tamen ob uitâ plus decorare probam.

Ad Censorem.

Cū tibi qd scribo, tali me scribere lege

Sis memor, ut redeat tersa tabella domum.

At si te pigeat, facies mutescere picam,

Nil dignum est dicis pumice, credo nihil.

Tanta tua est uirtus, ut quæ limarit Homerus

Aut Maro, sint lime nō tamen æqua tuæ.

LIBER

Ad Mattheum

Cōmiseror Mathæe tui fata impia fratris,
Sed rogo mente feras q̄ leuiore potes.
Nil ubi pœonia podalirius efficit arte,
Constanti uulnus pectore debet ali.
Inuicō medicina datur patientia morbo,
Omnibus ad nutum subuenit illa malis.

Ad Lazarum.

Non ita celato pisces capiuntur ab hamo,
Esaq; ludentes non ita fallit aues,
Vt cadit in barathrū, quisquis sibi lazare plaudit,
Et proprij fudit uiribus ingenij.
Nec uolo preteritis exempla petamus ab annis,
Nosti, qualis heri casus in urbe fuit,
Nulli ita signa fauent cœlestia, possit ut huius
Per se ipsam uitæ carpere tutus iter.

Ad Regulum.

Vt uitam degas æuo seniore quietam,
Per mare per terras Regule quæris opes.
Pro requie incerta certos subis usq; labores,
Hoc genus insani pectoris esse reor.
Quod nunquam fortassis erit, res stulta timere est,
Si sua temporibus sit data cura, sat est.

Familia.

Nulla inter famulos pax dicitur esse, sed omnis
Extra aliquid numerum regula semper habet.
Nulla inter nostros discordia, seq; uicissim
Observant, laudant, auxiliantur, amant.
Deniq; seruorum quod herus donauerit uni

TERTIVS

Id sibi met credit tota caterua datum.

Epitaphium.

Funeris insuetum genus hoc, sunt nenia risus,

Mæstaq; iocundus busta cachinus agit.

Hac sub mole iacet notissimus ille Lypirus.

Plangere quo uiso quisq; coactus erat.

Elysios claudant manes, ne spiritus huius

Fælices animas urgeat in lacrymas.

Inferiæ fratris.

In fore coniferam planta cito Maure cupressum,

Et strepat ingratis tibia mæsta sonis.

Ioanni inferias hodie uolo soluere fratri,

O mihi perpetuis lux iteranda sacris.

Aeternum Germane uale, quod f̄ umbra meretur

Thura ferat, fratrum uincula quisquis amat.

Ad Marcellum.

Affiduis Marcelle mones me uersibus, ut iam

Iam defecta uelim membra fouere toro.

Hoc tibi consilium potius iam iam puto dandum,

Nō tenet improbulo culcitra fūne uirum.

De libidinoso.

Te ne unquam ostendit requies nocturna iacentem.

Nequaquam e medio surgere posse luto?

Sicq; pati magnos animo obluētante labores?

Excussa q; statim gaudia nube sequi?

Talis es indulgens ueneri, sed lusio somni

Est breuis, at raro seroq; cypris abit.

In Aulum.

In proprios semper natos ferus Aule fuisti,

LIBER

Causam odij nullus nouit in urbe pater.
Asseque priuasti tandem, mæcheque dedisti,
Ledi non poterant asperiore manu.

Ad Marianum.

Aut mea sarcinulis propere fuge tecta resumptis.
Moribus aut posthac utere sponte meis.
Non amo, qui nunquam seruit nisi cæsus, & odi
Qui seruire suo uult Mariane modo.

In detractorem.

Ceu tibi nil aliud detur tractare, laboras
Quam potes assiduis nos maculare probris,
Collige quæ fari possunt conuicia linguæ,
Ac etiam arbitrio multiplicata tuo.
Aduersusque meæ mores loquere omnia uitæ,
Tantilla infectus labe nec unus erit.

Ad Cæsarem.

Si solacioli causa tua carmina nostri
Mittuntur, grates, quas queo, Cæsar ago.
Sin quia me uelles tibi respondere uicissim,
Suadeo, continuat se tua musa domi.
Aut breuis, & raro ueniat, sit distichon unum,
Atque rogam phœnix cum renouanda parat.

Ad Theostraphum.

Opprimeris uarijs hinc inde Theostraphe plagis,
Effuge quæ potis es, qui foris est, strepitum.
Atque animi secreta tui te uerte, doleque;
Siquid apud superos te facit esse reum.
Si, nihil accusat cordis penetralia, gaude,
Acceptumque deo gratus id omne refer.

TERTIVS.

**Fælix, quem uigilem faciunt aduersa, frequenter
Præcipitat, freno ni teneatur, equus.**

Ad Atticum.

**Te quotiens (quod sæpe quidẽ est) dixisse recordor
Attice, ueridico q; nihil ore loquor,**

**Pene leues animam diffundere cogor in auras,
Corda recrudescens sic premit ima dolor.**

**Et nisi me frenaret amor fera bella moueret
Phæbus, habet gladios docta caterua suos,**

**Hosq; truces, longosq; adeo uotiq; potentes.
Ut feriant gemino subdita quæq; polo.**

**Iupiter at malo, nos inter iudicet, ipsi
Cuncta patent, & sunt diues inopsq; pares.**

Ad Vgucionem.

**Forfitan haud credes Vgucio, uera fatebor
Attamen, inuideo nil ego diuitibus.**

**Si latos Lucullus habent & Lentulus agros,
Lanigerum nequeunt si numerare pecus.**

**Non desunt etiam famuli, natiq; nurusq;
Sunt quibus assidua plurima danda manu.**

**Adde, q; exclamant semper, nec tanta capeffunt,
Quin nimis exigua tradita lance gemant.**

**Adde etiam uigiles in lecto diuite somnos,
Et formidantes dira uenena dapes.**

**Malim ego diluti latices securus iacchi,
Quam plenum pauitans anxietate merum.**

Ad Cæsarem

**Expertus didicisse potes bene uertere crebro,
Quod premit, id si quis dissimulare uelit.**

LIBER

Istud agas Caesar moneo, uel crede locutum

Vt fuit in merces me nihil esse tuas.

Si neutrum audieris, proprij saga optima facti

Iudicium faciet mens utriusq; suum.

Mens semper, quæcunq; latent sub pectore, cernit,

Sæpeq; cui rumor detrahit, ipsa fauet.

Bella.

Quando fatigato dabitur pax alma gradino?

Quando sinent populos bella quiete frui?

Siqua ioui pietas, mentes subuertat auaras,

Fulmen auaricies unica martis alit.

De pollutione.

Roscida nox tenebris celauerat omnia densis,

Membra dedi tenero fessa leuanda toro.

Fæda meæ subito repunt insomnia menti,

Et solito uideor furta cauere modo.

Pessimus o putor, corpus quod tempore nullo

Cypria corrumpit, polluit alta quies.

Tetrastichon.

Iam precor o medici uestros abscondite succos,

Fætali, ut uideo, nulla medela malo est.

Nescia nec precibus nec munere parca moueri

Vt libitum est, uitæ datq; rapitq; dies.

Ad Ollum.

Nescio quis cõtra quod heri tetrastichon Olle

Cudimus ad medicos, ora canina mouet.

Vt pote quod non sit pro relligione fidele,

Nec sapiat rubræ dogmata sancta crucis.

Non curo obiectum multis defendere crimen,

TERTIVS.

Vt scribat natum more poeta licet.

Ad Vrsium.

Atticus Vrse lepor cum stillet ab ore Guarini,
Et tua sepe suos perdat auena modos,

Dic rogo, cur tentes hominem certare vicissim,

Ecquid ut hinc cassus lumine musam acuas?

In Iuuenalem.

Fæminei ne adeo desunt Iuuenalis amores,

Vt pueri passus sis ab amore capi?

Ab miserande nimis, uel nube uel integer esto,

Non placet ista seges forsân, ab igne caue.

In Demosthenem.

Quis ferat immota facinus Demosthenis aure?

Nec fluat in lacrymas? dilanietq; genas?

Horresco referens, miscetur filius, heu heu

Proferri ulterius uox renocata nequit.

Ad Petrum.

Nolo, meæ iactent sese tibi Petre camenæ,

Laus etenim in proprio turpiter ore sonat.

Siquis in aonia nil scribit rupe, Lino se

Præferat, ipsa suum pagina laudat herum.

Tetrastichon.

Lanificæ duodena mibi iam lustra sorores

Donarunt, uidi bella togæq; uices.

Possumus id certa fari ratione fideq;

Fælix, cui fuerit læta uel una dies.

Ad Quintilianum.

Contremere assidua & grandi formidine dicunt

Discipulos Iudæ Quintiliane tui,

LIBER

Nunq̄ ego laudari crudeli corde magistrum,
Supplicij in pueris erubuisse sat est.

In Fabianum.

Vt lubet, in nostros blatera Fabiane libellos,
Immo pieridas, si placet, ure meas.

Mutua nec metuas a me conuicia. quippe
Mens mala flagitij sit uolo pœna sui.

Ad Lod. Carrandinum.

Quod mihi concessum fuerit te nosse, teneri
Esse deis gratum me Lodouice reor.

Sed meritas, ueluti cuperē, persoluere grates
Et uideo & fateor non opis esse meæ.

Stare negant una contraria, nunc tamen in me
Sentio letitiam tristitiamq; simul.

Lætor enim, grandi q; sum tibi iunctus amore,
Discrucior, q; eum pandere re nequeo.

Di supplete mei defectum roboris, & quod
Nolit is atq; uelit, quaeso, negate date.

Ad Octavianū Sforzam.

Principis officium est larga dare munera dextra
Omnia sed meritis sunt tribuenda uiris.

At tu cum soleas etiam nil Sforza merenti
Largiri, socium cum ioue numen habes.

Epitaphia gentis Poetæ.

Parentum.

Vxor in hoc recubant Ioāna Simonq; maritus
Aggere, pictoræ prima propago domus.

Quattuor hi gnatos sat olari nominis atq;
Tot gnatas uitæ progenuere probæ.

TERTIVS.

Candida quisquis amat connubia, manibus optet
Pax sit in æternum, nec p̄mat ossa lapis.

Ioannis Mariæ.

Ioannis cineres Mariæ lapis iste reseruat,
Gloria pictoræ qui fuit ampla domus.

Hic tanto caras dilexit amore sorores
Et fratres, quantum pignora mater amat.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri
Noscitur hinc quantus sit recubantis honor.
Pauli.

Qui summe ob mores Estensi gratus in aula
Circa bis senas uixit olympiadas
Paulus in hoc recubat tumulo pictorius. Ede,
Quæ fuerit laudum de grege prima. Fides.
Iacobi.

Hac oneres Iacobus habet Pictorus in urna,
Cui legimus paucos integritate pares.
Lodouici.

Stat positus Lodouicus in hoc Pictorius antro
Æternū peperit cui sacra musa decus.
Agnētis.

Hic Agnes tegitur pictoria, regula morum,
Cui par formoso corpore nulla fuit.
Occubuit partus immiti sorte uirilis,
Vina sit ut species tam, bona uiue puer.
Margarite.

Margarita sub hac pictoria mole sepulta
Quanta fuit thalami gloria fama canit.
Franciscæ.

LIBER.

Pictoræ *Francisca domus castissima proles*
Clanditur hic primo raptâ puerperio.
Si species *moreſq; boni nigra fata mouerent,*
Hæc fuerat nullo deperitura die.

Iacobe.

Hoc cineres *Iacoba ſuos pictoria ſaxo*
Mandauit lachryſi fila ſecante tegi.
Succubuit *morti partu ſuperata ſecundo,*
O lucina ſcelus pendere digna cruce.

Ad Lectorem.


Sic mea *quid phœbo rarum ue nouum ue camena*
Concinnuit, noli perdere lector opus.
Id ſtudio *feci cupiens tentare libellis*
Si uelit inniti turba nouella meis.


De Fine Operis.


Colligite *in lætos pueri uaga lintea nodos,*
Ecce ratis portum lenibus intrat aquis
Hæc uolo *calliope præconia publicet orbi*
Sic ut & antipodas non latuiſſe queant.
Multa puer *nec pauca ſenex heliconis alumnus*
Pictorus uarijs luſit arundinibus.
Siquis inest *error libris, donabitur annis*
Incauti pueri frigiduliq; ſenis.
Si poſcat *medio quid nam ille peregerit æuo,*
Omnis erat ſoli uiuere cura ſibi.

Corriciæ Finis.

Impreſſum *Venetijs per Georgium de Ruſconibus.*
Anno Dñi. M, D, XX, Die tertio Februarij.







B
Com
D
Fid
J
m
Panc
Car

2

